



## Quadragesimale

Paoletti, Agostino

Coloniae Agrippinae, 1677

Feria II. Paschæ. 37. Deo servire debemus non cum mœstitia melancholicè, sed hilariter & alacriter, non ob proprium commodum, sed ex pura benevolentia, non ex timore, sed ex amore.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55672](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55672)

vestro firmiter promissis, vestram que fidem obstrinxistis, quod deinceps vitam sanctam & irreprehensibilem agere, & in hoc proposito Deum non amplius post hac offendendi perseverare velitis? Dicite sodes, nam huic promissioni respondeatis? Deus id ipsum scit: quemdam vos decepturos esse existimatis, vosmetipsos turpiter & graviter decipitis. Lex etenim precipit: (Studiosè agendum esse, ut ea quae promittuntur opere compleantur.) Et Gregorius IX. in Decretalibus: *Ea quae promittuntur, opere impleri debent.* Faxit Deus ne de vobis id quod Propheta ait, verificetur: *Inimici Domini menditi sunt ei.* Psalm. 80.

sed quomodo? Non videntes promissis, quibus se obligaverunt in praeceptis implendis, inquit Iustinus Athanasius ibid. fol. 170. Quid autem inde futurum erit? *Erui temporis eorum in saecula, id est, hoc tempus: paene expunitio: eorum durans in saecula & in aeternum.* Curandum igitur nobis est, ut resurrectionis nostrae Christi resurrectioni similes sit quoad modum, qui in hoc consistit, quod *inter illi ultra non dominabitur*: sit item fidelis quoad tempus tridui promissum, sic enim de te quoque dici poterit quod de Christo: *Resurrexisti sicut dixisti.*

*Extra. ad psalm. ca. qualiter. Greg. IX. in Decret.*

SERMO XXXVII.  
IN FERIAM SECUNDAM  
PASCHATIS.

*Duo ex Discipulis Iesu ibant ipsa die in castellum, quod erat in spatio stadium septuaginta ab Ierusalem, nomine Emaus &c. Luc. cap. 24.*

**D**uo Discipuli Domini ibant in castellum Emaus, quod nunc juxta Bedam dicitur & est Nicopolis famosa Palaestinae civitas: ipsa est Nicopolis civitas insignis Palaestinae. Et quidem ex sacro Evangelio constat nobis, unum ex hisce discipulis Cleopham fuisse, alterum verò S. Ambrosius & Ludolphus Carthasianus Almeonem filium Rufi fuisse volunt: at verò Theophilus Episcopus & S. Gregorius Papa S. Lucam fuisse dicunt, qui propter humilitatem se non nominavit. Ibant autem associati: *Duo ex discipulis Iesu*, non solum quia unus ceciderit, ab altero fultiretur: Verum etiam & quidem praecipue ut mandatis Magistri sui obtemperarent, qui eis charitatem sectari praecerat, quae si sancto Gregorio credimus *Mimus quam inter Aves haberi non potest.* Porro familiari quodam discursu inter se de funestis rebus, quae paucis ante diebus acciderant, sermocinabantur: *Et ipsi loquebantur ad invicem de his omnibus qua acciderant.* Eccles. 4. id est, *de Passione Christi Magistri eorum*, inquit S. Vincentius Ferrerius serm. 2. ad confusionem

eorum, qui ad stationes pias eundo vel murrant, vel detractorie loquuntur de proximo, vel alios inter se miscunt vanos sermones: *Ipsi autem appropinquans ibat cum illis, sex quo colligimus, nos Deum habere ad eò nos in amorem, ut societatem nobis libenter praestet, & in afflictionibus nostris nos consoletur, quique sine nobis esse non posse videtur.* Discipuli quidem tam attenti respiciebant, nec tamen eum videndo, quifnam esset, cognoscere poterant: *Oculi eorum reverbantur, ne eum agnoscerent*, ac proinde quibus vis potius sibi imaginari fuisset, quam quod illi verè esset ipsorum Magister, nam peregrinum perstabant eum, cuius unum non agnoscebant, terquit Beda. Etenim obiectum omne in se bonum continens ob oculos suos positum habebant: *O quanta felicitas!* illud tamen minime cognoscunt: *O quanta miseria!* Unde Gregorius in Evangelio, hom. 23. *Convenienter uti scilicet quam recognoscerent, non ostendit; hoc agens foris in oculis corporis, quod apud ipsos agebatur intus in oculis cordis: Ipsi namque apud se ipsos erant, & amabant, & habitabant.* Quia verò Deus

*Ludolph. p. 2. c. 76.*

*Theoph. Greg. ap. Alb. Pat. sav. ib. serm. 2.*

*Greg. ho. 17. in Evangelio.*

esse: hanc in se communiter proprietatem exprimit, ut nostro semper agendi modo respondeat, ideo de se loquentibus præsentiam exhibens, de se dubitantibus cognitionis suæ speciem adhibens) ait Gregorius. JESUS autem illis appropinquans interrogavit eos: *Qui sunt hi sermoes quos confertis a se invicem, quasi dicar. Scio quidem non ad id laudabile esse si quis de alio- rum factis sollicitè inquirat, me autem ad cog- noscendum sermonis vestri materiam non curio- sitas, sed charitas exstimulat, quæro enim hoc ut bene vobis consulam, & consolationem vobis prædicem.* Cleophas autem hanc interrogatio- nem admittens respondit: *Tu solus peregrinus es in Jerusalem, & hæc ignoras?* quasi diceret, nullus est in urbe Jerusalem vicus, in quo cla- mor eorum personavit eorum, quæ proximis die- bus eidem congerunt, & tamen tu nihil cog- nostis eorum? Non replicat Dominus noster, sed nova mihi videntur quæ dicitis, optarem ni- hilominus (si curiositati meæ in tantum conde- scendere vobis placeat) ut de omnibus me cer- tiorem facere non dedignemini. *Quæ? Itane, & Dominus? Ad id subito oblitus es tot immani- um dolorum quos sustinuit? Infortem te igitur omnia corporis tui membra, manuum pedumque tuorum vulnera interroga, hæc cre- tum relatoridem suavissima ora, te extra om- nedubiam respondendo constituent. Veru- tamen audio Discipulos Domino interroganti, hæc replicantes: De IESU Nazareno, qui fuit in propheta potens in opere & sermone coram populo, &c. Ubi bene observandus est mysticus Discipulorum de Domino respon- dens modus, dum de eo dicunt quod fuerit: *Po- tens in opere & sermone; nimirum oppositum que faciunt illi, qui præstantes quidem sunt in verbis, in factis autem & operibus non item.* Unde Dionysius Carthusianus ibid. art. 50. ait: *Multa sunt potentes in sermone, debiles verò in o- pere; multi namque magnificè de pietate loquun- tur, & sunt crudeliter; alii de mansuetudine, cum sit uterque, alii denique humilitatem prædi- cant, cum sint luciferi.* Veramenim verò, quid parat aliquem potentem esse in opere & sermone potens mundum, cum tota rerum summa in hoc consistat, quod aliquis talis sit apud Deum, vel coram Deo. Ad hæc Discipuli ceptum sermonem prosequuntur ulterius dicendo: *Nos certo crede- bimus facturum, ut post triduum resuscitaretur, facti promissit, at verò tertius nunc agitur dies, nec tamen illam promissionis suæ expetimus**

effectum: *Nos autem sperabamus, quia esset redempturus Israel.* Verum, ô Discipuli, quid dicitis? quid conquerimini? nondum promissionis elapsus est terminus, quia *Tertia dies est hodie, & animo cadetis miseri? O humana impatientia! verum est, ajunt insuper, quod nonnullæ mulie- res attestentur se visisse sepulchrum ibidem que ab Angelis intellexisse verè eum resuscitatum esse, sed quis garrulæ mulierum loquacitati fidè adhibeat? Ac proinde Dominus qui illos à fideli semitis longius abiisse advertit, eos ut emenda- rentur acriter reprehendit, dicens: *O stulti & tar- di corde ad credendum in his qua locuti sunt Pro- pheta, eosque adhibito Scripturarum lumine veri- tatem cognoscere fecit: Incipiens à Moyse & o- mnibus Prophetis, interpretabatur illes in omnibus Scripturis, qua de ipso erant.* Postquam autem Castello Emmaus viciniore essent, peregrinus ille incognitus abeundi licentiam ab ipsis sibi in- dulgeri petiit, qui tamen invito animo ipsum abire audentes: *Cogebant illum dicen- tes: Mane nobiscum.* Sed dicar aliquis: quomodo violentiam ei inferre poterunt, cum nulla sit vis aut fortitudo, quæ divinæ prævalere possit? Res- pondeat beatus Simon de Cassia: (Cogitur pius precibus, devotis orationibus, & funiculis chari- tatis pius teneret Christus.) Porro Deum nobis- cum esse & morari nobiscum, favor est omnium quos impetrare possumus longè maximus, quia sine ipso opera meritoria elicere minimè possu- mus: *Sine me nihil potestis facere.* Joan. 15. Ac proinde Dionysius Carthusianus, ubi supra, nos exhortatur dicens: (Sic & nos quotidie Christum rogemus ac invitemus, ut in cordis nostri cubi- culo manere dignetur.) Christus autem eorum familiari invitationi libens condescendit: *Et in- travit cum illis, ad id namque Christus omnibus se pius atq; benevolens exhibet, ut nemini iusta petenti denegare quidpiam possit.* Quoddam igitur ingrediuntur cœnaculum, omnibusque mensæ accumbentibus ut cibo fessa mēbra non- nihil refocillarent, Dominus manus suæ signo Panem dividit, & exinde ut dicunt sancti Pates Augustinus & Gregorius. *Eum quem in Scripturâ Sacra & expositione nō cognoverunt, in panis fractio- ne cognoverunt.* Et subito Dominus disparuit: *Et ipse evanuit ab oculis eorum.* Quas actiones san- ctus & mellissimus Doctor Bernardus considerans exclamabat dicens: *O bone IESU, quam bonus so- cius es in vita! dulcis ad confabulandum, humilis ad obsequendum, fortis ad pugnandum, intellectu illuminans, affluens in inflammandum, refrigerium præ-**

D. Bern. in Theol. novæ ibid. fol. 13 col. 2.

Handwritten notes in the right margin, including the words "PATER" and "DIEBUS" written vertically, and other illegible scribbles.

stans. Præcipue verò ex hæstenuis dictis observo, tres potissimum Passiones in cordibus Lucae & Cleophae dominatas fuisse, scilicet mæsticiam: *Qui sum hi sermones quos confertis ad invicem? et estis tristes?* Interesse seu commodum proprium: Nos autem sperabamus, quia esset redempturus Israel. Et timor: *sed & mulieres quadam terruerunt nos.* Ac proinde satis acriter à Christo fuere reprehensi dicente: *O stulti & tardi corde.* Nec mirum, vult enim Deus, ut sui ei cum læticia & jucunditate animi inserviant, amore & benevolentia erga Deum potius quam tristitia, aut metu per mortem & inducti, prout in præsentis discursu prolixius videbimus.

2. *Qui sunt hi sermones quos confertis ad invicem ambulantes, & estis tristes?* Porro inter alia nobis ab Ecclesiastico proposita documenta, unum est non minus Dei servo utile, quam præfati mo discursui proportionatum, nimirum: *Tristitiam longè repelle à te, multos enim occidit tristitia, & non est nisi in illa.* Eccl. 30. Et Sapiens in Proverbis subjungit: cordi nostro à tristitia idem damnum irrogari, quod vesti à tineâ, aut à verme ligno: *Sicut tineâ vestimento, & vermi ligno, ita tristitia viri nocet cordi.* Proverb. 25. Ad quid vestis à tineâ corrola, aut exesum à vermibus lignum hominibus inservire uspiam poterit? Dicit id ipsum Joannes Cassianus lib. 9. cap. 3. de spiritu tristitiæ: (Vestimentum namque tinearum esu artatum, nullius pretii vel honesti usus poterit ulterius habere commercium: Idemque lignum vermibus exaratum, non jam ad ornatum mediocritatis ædificium, sed ad combustionem ignis merebitur deputari: Ita igitur & anima quæ edacissimis tristitiæ motibus devoratur.) Nequaquam exprimi potest, quantum Dei servitio mancipatum & dedicatum hominem tristitia dedecet, aut melancholia, siquidem S. Basilius orat. 12. de tristitia, qui pessimam hanc ejus conditionem advertit, ita scribit: (Nimia tristitia auctor peccati esse solet, cum inætor mente submergat, consilii inopia vertiginem afferat, penuria cogitationis ingraturum animum generet.) Ad idem propositum rem potè incredibilem veram tamen hoc loco referam. Refert etenim S. Lucas, miserabilem quendam in Synagoga fuisse hominem ab immundo quodam spiritu obsessum: *In Synagoga erat homo habens Dæmonium immundum.* Luc. 4. Scire hic percuperem, qualenam Dæmonium illud fuerit quod dicitur immundum, & quomodo in infelicem hanc creaturam descenderit? Diony-

sius Carthusianus, ibidem art. 11. respondet: Immundus vocatur quoniam in seipso repletus mundus seu viciosus consistit, in omnibus que agit peccans, quia ad finem perfectum omnino defectum, quoniam ad virtutum impunitatem hominem tentando inducit. Jam igitur vultu pessimis qualitates & conditiones quibus malignus hic spiritus est obnoxius, & ad quas illos quos infestat dissolutiones promovet; audite, inquam nunc, quisnam sit diabolus hic spiritus, qui habitu personato immunditæ antichristi velut incognitus comparet; Cardinalis Toletus eundem talem quandam dæmonem fuisse ait, cui proprium erat eos, quos opprimebat, ad melancholiam inclinare: *Qui bonorum militum virtutibus adscribitur.* Unde facile conici potest, quantum nobis mæsticia damnum concillet, si ad quod Toletus dicit, cum doctissimi Carthusiani doctrina conferamus. Et quidem si hæc rationes, ad hoc ut vos capitales hujus nostre satiriæ hostes esse declaretis, non sufficiant, moveamini ad id ad minus audiendo Davidis Regis inter meliores & optimi, & inter magno proximam misera lamenta, dicit enim: *Circumdederunt me dolores mortis, & pericula inferni circumnervunt me.* Psalm. 114. Quinam oblecto te, o Regum potentissime, sunt hi te adeo affligentes dolores, num forte febri quadam maligna, aut cordis quadam angustia factus es obnoxius? Sanctus Hieronymus pulsam ejus tangens, cum mæsticia oppressum esse deprehendit; ac precor de cum aliis legit: *Mærorem vel afflictionem, & anxietatem reperti.* Ergo mæror animi cum aliquid torquendi vim habet, ut in mortis ei dolores conciliet? Ergone tristitia est que ut animam quandam in infernum prorubet, eandem in præcipitiorum extremitatem collocat? Si ita est, vobis considerandum relinquo, an vobis melancholia spiritum intra cordis vestri hospitium suscipere expediat. Verumtamen verò Audientes, ne vobis persuadeatis me diem hodiernum, qui verus est lætitiæ dies, ingratis de mæsticia institutis discursibus turbare aliquo vel tristi nube obfuscate velle: Nequaquam enim id facere est mihi animus, quin potius specimen seu vestigium aliquod vobis suggerere decrevi, quo excitati mæsticiam non solum detestantes è cordibus vestris prociogeris, verum etiam integro quasi gemitu exultationis mari corda vestra redundare faciatis, hac enim ratione specialiter id ob-

obsequia vestra tantò futura sint divi-  
naz Majestati gratiora & acceptiora.

Agendam igitur: *Gaudete in Domino sem-  
per, iterum dico gaudete*, Philipp. 4. Et quidem  
ut verba illa Apollolica animos vestros tantò ef-  
ficacius permoveant, examinemus nonnihil illa  
collocata. S. Anselmi in iugò doctrinà, sic enim fa-  
cit cogoscemus, quanta cum energia nobis per-  
studeatur Domino fervientes læti quoque &  
gaudentes id facere studeamus. Primo itaque  
gaudentes id facere exponit: *Gaudete, id est, ut S. Anselmus exponit: Cor vestrum exultate, & omne bonum unde  
gaudentiam habet, statim vobis. Sed in Domino,  
id est differentiam illorum, qui gaudent in delictis  
mundanis & carnis sensualitatibus & voluptati-  
bus: Et idem non in seculo gaudent, sed in Domi-  
no id est, non in iniquitate, sed in veritate, non in  
seculi vanitate, sed in spe æternitatis. Postea ve-  
ro subiungit Apostolus læticiam nostram non  
intermittentem, sed continuam esse debere. *Gau-  
dete in Domino semper*, id est, non per intervalla,  
ut modo gaudeatis, modo non gaudeatis, sed sem-  
per gaudeatis, sive in prosperis, sive in adversis.  
Et postea de novo iterum repetit: *Iterum dico  
gaudete*, quasi non sufficiat simplex quædam  
læticia, sed potius in fervis Dei pro eo tempore,  
quo de actionibus in Dei gloriam redundantibus  
suspendunt, requiritur læticia quædam gemi-  
tata: *Et non semel dico, sed iterum, ut gaudeatis,  
ut firmans est, in concilians repessita commensio-  
nis quædam.**

4. Sponsus celestis ex abundantia affectus  
amicos suos ad recreationes verbis valde urbanis  
omniæque benevolentia plenis in vitam et, ro-  
gato eosdem ut hanc ultro citroque eis obla-  
tam invitationem grater acceptare dignaren-  
tur, quæsi diceret: singularem me à vobis favorem  
recepisse exultimarem, si rugurium meum &  
cellam vinariam non dedignemini subingredi:  
Venite igitur charissimi, neque enim vos me in-  
vitationem feceris fuisse pœnitere, vina enim ge-  
nerosissima vobis sum appositurus: aut si (quod  
nequaquam futurum existimo) vinum meum gustui ye-  
lino non satisfecerit, liberum vobis erit, ut contra me  
lamentemini, meq; in amicorum vestrorum nu-  
mero minimè censentis: *Comedite amici, & bibite,  
& mediamini charissimi.* Enim verò ò sponse,  
quod tantà cum benevolentia familiares tuos in-  
vitas, tum id decet ingenuitatem & magnificen-  
tiam, ac proinde hunc tuam tam insigni liberalitati  
congruè pariter & applaudo; tumq; amicis &

sodalibus, ut oblatam sibi non respuant gratiam  
consulo, imò si ipsemet in eorū numerum eadem  
planè benevolentia admitti possim, nequaquam  
me multam rogari permittam, nec me in tertiam  
vel secundam usque vicem invitari patiar. Verun-  
tamen aliquod ex illo verbo inebriamini perlen-  
tisco fastidium, si eniam ad ebrietatem usque po-  
tandum mihi fuerit, me venturum neutiquam pro-  
mitto: scio equidem vinum moderatè sumptum  
stomacho & sanitati plurimū conducere, sed qui  
idem sine mensura & modo bibere fatagunt, mira  
illos tam dicere quam facere adigit, neque enim  
quæ olim Lotho & Noe exinde acciderunt, etiā-  
num ex memoria evanuerunt. Imò verò ò Au-  
ditores, ut inter nos nonnihil familiariter hac de  
re differamus, nunquid & vos existimatis nimium  
potum noxium esse vitæ? nunquid ob detestabi-  
les inde frequentissimè enatos effectus, quos  
quotidiè cum nausea videmus, ebrietas summè  
est detestabilis? Nunquid Apostolus ad Ephesios  
scribens expressam quandam prohibitionem in-  
sinnavit, dicens: *Nolite inebriari vino?* An non  
apud antiquos, quia damna ex nimia vini pota-  
tione exurgunt probè notant, si Cælio fidem  
adhibemus, hoc in omnium ore proverbium erat:  
[Ignem in gremio gestat, qui assiduo vitur vi-  
no: & S. Ambrosius dicitur solebat, quod *Non es-  
set hodie servitus, si ebrietas non fuisset*] Unde vix  
aliquam in venite causam possem cur Sponsus di-  
xerit: *Inebriamini charissimi*, cum S. Gregorius  
Nyssenus nos doceat, quod *Omnia ebrietas solent  
effi. ere, ut mens excidat à vino superata.* Verun-  
tamen idemmet Sanctus per vinum istud æternam  
intelligit beatitudinem. Unde quia David ait:  
*Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ.* Psal. 33.  
inde sequentia verba scribendi occasionem capta-  
vit scilicet. *Sic inebriantur, qui bibunt ex ubertate  
domus, & potantur correns deliciarum.* Psellius.  
(ap. Cosm, Damia. in caut. l. 4. act. 4. n. 4.) hunc  
passum. *Comedite amici, & bibite, & inebriamini.*  
de mensa Eucharistica exponit, dum ait: *Quicum-  
que fratres mei estis, edite corpus meum, & bibite  
sanguinem meum, atque inebriamini præ ista ob-  
latione, & oblationi date omnes mundanas curas,  
tanganam in ecstasim rapti ebrietate.* Verum  
quamvis aliam ejusdem passus declarationem  
pertranseamus, & ad propositum nostrum ve-  
niamus. Quis etenim vinum læticiæ symbo-  
lum esse ignorat? utpote quod lætificat, & æ-  
stare facit humana corda? *Vinum lætificat cor  
hominis* quibus verbis, alius quidam subiungit:  
*Hilares homines reddit.* Atque idèò quando spon-

Ephes. 5.

Cal. Red. l. 18. c. 31.

D. Amb. ap. Cal. l. 25. c. 17.

Gregor. Nyss. in Caus. ib. ho. 10.

IN FERIAM II. PASCHATIS

Psal. 103.

sus cœlestis servos suos, id est, fideles ad vinum bibendum advocat, quasi ad iacturam quandam concipiendam invitat. Quia verò *inebriari vino*, plus est quam *libere vinum*, id est dicendo, *inebriamini charissimi*, iudicare voluit, eos qui charissimi eius sunt, eiq; serviunt, lætitiã quandã in peccatoribus suis habere spirituale, & excessivã. Ita Egidius Romanus ibi. lect. 10. *Comed te spirituali dulcedinem, bibite vinum spirituale lætitiã, & inebriamini charissimi ebriate spiritu in contemplationis dulcedine persistendo.*

5. Abraham Patriarcha divino patiturus præcepto, ut in divinæ Majestatis honorem sacrificium offerret, una cum Isaac filio suo postquam strem quandam lignorum colligasset, eamque filii sui humeris imposuisset, servis suis ad pedem montis relictis in montis verticem ascendit. Isaac autem victimam observans, sed non videns, devota quadam curiositate perhorus, Patrem quidam sacrificare statuerit, interrogat, quasi diceret: Domine Pater, ligna quidem & ignem habere nos video, mea tamen opinione, id quod in sacrificio optimum est nobis deesse existimo, nam victima ubi est? num forte ex oblivione illam domi reliquisti? *Ecce ignis & ligna, ubi est victima holocausti?* Genes. 22. Non deerit nobis victima filii mei, non deerit utique; Deus etenim qui mundi necessitates mature lætis prævidet, de ea nobis per suam providentiam prospiciet: *Domine providebit filii victimam holocausti filii mei.* Illius namque est ut nostros defectus suppleat. Verùm dic mihi dicitur Abraham, nunquid Deus Isaac victimam tuam futurum prædixerat? Ominò. Nec te hujus aliqua incestus oblivio? Nulla penitus. Cur igitur filium tuum non curas cœlestis voluntatis fieri participem? Cur non eidem libere & torundẽ eummet sacrificandum esse dicis? Num forte eum hujus cœlestis consilii non vis esse conscium? sed quomodo id fieri poterit, si festiva hæc actio sine ipso celebrari minimè possit? Sanctus Ephrem difficultatis hujus punctum ingeniosè tangit, ipsamque Abraham intentionem penetraat & perfecte assequitur, quod si sanctus Patriarcha filio suo eum victimam futurum esse, ipsiusmet Patris sui manu sacrificandam & offerendam aperuisset, facile fieri potuisset eum in aliquam conjici mentis tristitiam, ac proinde corde mœstria occupato montem descendisset: atque idè quia bonus hic Seaccio in aula Dei practicus erat, propeque sciebat, quod Principi cœlesti nihil a què

gratum esset, quàm ut sibi a servis suis cum speciat cordis lætitiã quævis expediantur obsequia filio suo, quod tanquã victimã à se sacrificandã esset, revelare noluit, ne hujus rei confusio animæ ejus amarè obtrueretur tristitiã: *Non mysterium revelavit* (inquit S. Ephrem. orat. de Isaac) *Abraham, ne illo tristitiã affligeretur deum iniquis servis suis.* Sciebat enim, quod ut mox ait apostolus, *Hilarem dorem diligite Deum.* 1. Cor. 13. & ut sanctus Anselmus monet: *Non est tristitia sed ex lætitiã cordis est dandum quod datur.*

6. Quisnam toti mundo jucundior aut utilior nuntiari poterat eventus, quàm quod reperto ille, qui à culpæ miseris nos subducere & tyrannica infernalis inimici servitute liberare, hominem bonis cœlestibus locupletare, Paradisi portas aperire, eumque Dei perpetuum autem, socium Angelorum, illiusque beatitudinis que cunctarum imaginabilium felicitatum epigona est possessorem facere debebat, hic in terris nos homines natus esset. Hæc autem omnis hominũ gaudii origo & radix, idè què felix & gloriosa nativitas, hic in terris ante omnem illam creaturam ab Angelis revelata est pastoribus gregem suum custodientibus: *Ecce et angelus vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie salvator mundi.* Luc. 2. Quis hic præ admiratione obstupescens non dicat; Ergone mysterium aliquod adè dignum venerabile & sublime, adè vili & abjecta genti revelatur? Principes terra hujus maximi ponderis & momenti negotia, non cum plebecula, sed cum primatibus, non cum hominibus indoctis, rudibus & idiotis, sed cum viris prudentiã, rerumque usu & experienciã præstantissimis conferre & communicare solent, & Deus excellentiores totius curiæ suæ paranymphos mandata ad gentem adè humilem, que etiam in hominum serie se contineri ignorat: Cur non potius ad potentissimas mundi hujus coronas ablegat? Nativitatem adè magni Regis per crepulis particulares imò extraordinarias legationes Pastoribus eo sine insinuati, ut noviter nato Regi obsequeretur, inserviant, eumque adorant, quis unquam audivit? Ita enim Angelus Pastores alloquitur: *Hoc erit vobis signum, invenientis infantem pannu involutum, & positum in præsepio.* Ibid. Fortè id eis honoris attributum est, quia vigilantes erant custodientes vigilas noctis? Hæc quidem fuit sancti Gregorii sententia dicentis: *Dum que ipsi præ super gregem hinc & inde vigilare, divina super eos latius gratia coronat.* Greg.

Etenim quantumvis hæc adducta ratio bona sit, Sanctas tamen Vincentius Ferrerius, alceram quendam propositio meo congruentiorem rationem adducit, dicendo, quod pastores eâ hoiâ, quâ Rex gloriæ Salvator mundi in hunc mundum est ratus, valde hilares & læti fuerint, quique noctem somno tribuere debebant, jubilo & exultatione pleni ea nocte cantarint, atque ad Lympipii & tibatium concentum exsultando saltarint, ideoque hæc pastores, qui lætitiâ cordis, vultus quoque hilaritate & serenitate referebant, judicatos esse aptissimos maximeque idoneos, qui incarnato Deo obsequerentur, suaque obsequia deferrent: Hæc benedicta Nativitas fuit revelata pastoribus vigilantiibus, non Imperatori Octaviano commotis, nec in Jerusalem Magistris & Doctoribus, nec Sacerdotibus, sed pastoribus, cunctis canantibus. Ita Vincent. Ferrer. serm. de Nat.

7. Tres Magi Orientales, mox ut cœlestis Regis intellexerint Nativitatem, derelictis regnis suis in ille profusus atque arduum ingressi sunt. Dum autem in viâ constituti, stellam se continuo anteeuntem viderent, præ nimia lætitiâ quasi videbantur desipere: (Videntes Bethlehem Magi gavisus sunt gaudio magno valde,) & quidem ut exponit Sanctus Remigius in Car. lxxvii. Thomas ibidem fol. 9. (Non satis fuit hæc Evangelistæ, Gavisus sunt, sed addidit, gaudio magno, & valde.) Etenim lætitiâ & gaudium hoc adeo excessivum profusus obtupe- rari videbatur namque mihi justum potius & caritativos fuisse, ut varias ob rationes varia, ob- stantia incommoditates viarum præferrent i- nteritum fatidiam, tum ob labores & defatigationes quas patiebantur, utpote qui ex opinione Phi- listinæ, quadraginta quovis die conficiebant miliaria: tum ob arduarum difficultumque via- rum incommoda, utpote qui nunc per inacces- siles scopos, aut celsissima montium juga transibant, donec varias sustinebant aeris injurias quibus molestabantur à ventis, pluvius, nivibus, & fri- gure, eos tanto magis infestantibus, quod completionis essent tenetæ & delicatæ, atque obnoxios, otios, regiorumque palatiorum suorum comoditatibus alluctu. Imò verò licet aliud modo turbarentur motuum non habuissent, vel hæc naticum illos mente inquietâ & turbatâ te- nere debebat suspensios, continuus scilicet timor atque suspensio: quâ hand immeritò, ne diuturno- rum solentis lux tempore, regna ipsius subjecta ali-

quas paterentur ab inimicis suis, aut viris sedi- tiosis infidias & violentas invasiones timere poterant. Quibus tamen omnibus ne quicquam obitantibus, corde tranquillo, quietoque animo iter illud conficiunt, nec ullas sentire videntur itineris molestias aut labores, nec finitris infestantur cogitationibus aut suspitionibus, quæ ad turbandam, quæ gestiebant, lætitiâ sufficere potuissent. *Gavisus sunt gaudio mago valde.* Quomodo igitur hoc fieri potuit; Respondit Dionysius Carthusianus lætitiâ hanc causatam esse à desiderio, quo ferebantur ad hoc, ut perve- nire possent ad fruitionem boni illius, tanta cum anxietate animi ab ipsis qua sit, cuique propediem magis magisque viciniis appropin- quabant: *Dum enim aliquid cum desiderio qua- ritur, tanto majus est gaudium quanto desideravi- nventio certior fuerit, atque vicinior.* Glossa art. 4. autem idiplum in hunc sensum exponit: *Gaudium gaudet, qui propter Deum gaudet, qui est gaudium, addidit autem & magno, quia de magno gaude- bant.* Mea autem opinio, salvis omnibus aliis, hæc est, quod cum Magi in Bethlehem eo potissimum sine processerint, ut Regem Regum Dominum suum esse recognoscerent, & conse- quenter ad declarandum se ejus fidelissimos ser- vos, subditos, & vasallos esse, more solito aurî incensi, & myrrhæ tributa penderent, ideo pro- be sciens Deum pro suo servitio desiderare in servis suis serenitatem atque lætitiâ, omni- que tristitiæ & melancholiæ exclusionem, ut ejus se indoli conformarent. *Gavisus sunt gaudio magno valde.* Ita exponit Ludolphus Carth. (p. 1. de appar. Dom.) dum ait: *Stella duce cum magno gaudio ad tugurium, in quo Dominus Ie- sus natus est pervenerunt.*

8. David Rex omnium illarum victoriarum memor, quas populus Israeliticus cum cœlesti adjuvatio adversum inimicos suos obtinuerat, omnes circumquaque gentes ad aliquas gaudii & exultationis singularis demonstrationes facien- das invitabat dicens: *Omnes gentes plaudite ma- nibus.* Pl. 45. Et postea subjungit: *Jubilate Deo in voce exultationis,* id quod ex mente Sancti Joannis Chryostomi idem est: ac si dixisset: *Illi offerre gratiarum actionem, q. d. Pro omni- bus divino favore mediante obtentis victoriis, debitas Deo gratias reddite.* Hugo quoque Car- dinalis ibi fo. 110. co. 2. ait, Davidem invitasse omnes gentes ad debitas Deo laudes reddendas: *Gentes ad laudem invitavit.* Nunc igitur per ad- hibitas sanctorum Patrum doctrinas examinemus modum

Dionys. Carth. ibi: Glossa ap. D. Th. in Car. ibi.

D. Chryf. ibi. s. 8.

IN FERIAM II. PASCHATIS. 345

*Athan. ib.  
fol. 151.  
August.  
ib. fol. 83.  
Hugo ubi  
sup.*

modum, quo David ad persolvendas Deo gratiarum actiones & laudes, quæ sunt actus obliqui Deo debiti, exhortatus fuit. Primum igitur dicit: *Plaudite*, id quod aliud nihil iuxta expositionem sancti Patrum Athanasii, Augustini significat, quam *Gaudete*: Postea verò sequitur: *Lubilate*. Circa quod verbum Hugo querit, cur David hoc termino, vel verbo *Lubilare* usus fuerit? Et respondet: *quod Lubilus est ineffabile gaudium, quod nec raveri potest, nec exprimi valet propter gaudium*. David igitur dicere volebat: Quod si nostras gratiarum actiones & laudes divinæ Majestati pro tot receptis gratis, & beneficiis exhibitas Deo gratias atque acceptas esse velimus, cum gaudio & lætitia easdem jungamus. *Plaudite*, id est, *gaudetis*, inquit Chrysostomus ubi supra. *Lubilate Deo*, sed qua ratione id faciemus? *Gaudete ineffabili, lætitia inenarrabili*. Quod optimè cum illo convenit, quod idem Prophetæ Regius in Psalmo, qui intitulatur, *In confessione*, Psal. 99. dixit, in quo modum docere videtur, quo Deo servire debemus, si servitutum nostram ei gratam esse desideremus: *Servite Domino in lætitia*, id est, ut quidam Modernus Didacus Bez. tom. 2. in Evang. l. 6. c. 4. § scribit: *Deo servire debemus in lætitia, si placere cupimus*.

9. Nox in suo cursu medium iter agebat, quando virgines prudentes accensis lampadibus bene instructæ, versus sponsi domum se receperunt, ubi summâ cum celebritate ejus habebantur nuptiæ, ad quas & ipse magna cum ceremoniarum solemnitate fuere receptæ: *Venit Sponsus, & quæ paratæ erant, intraverunt cum ad eo nuptias*; Matth. 26. Et confestim omnes domus fuere oclusæ: *Et clausa est janua*. Dum autem nuptialia gaudia in optimo suo flore erant, strepitum passionis alicujus ad portam fieri percipiunt, unde prospiciens sponsus, alias quinque virgines conspicit, ad easdem nuptias admitti desiderantes, quæ proinde orant, & obtestantur dicentes: *Domine, Domine, aperi nobis*. Sponsus autem illas deridens, sine ulla consolatione spei inexcanditas dimisit: *At ille respondens ait: Amen dico vobis, Nescio vos*. Verum dicat hic merito aliquis: Quænam est hæc partialitas? Illis sine ulla repulsa aut mota difficultate aperta est porta & indulus ingressus, aliæ autem quinque tanto cum dedecore patiuntur repulsam unde nam hæc procedit diversitas? Fortè quod in ipsa obscuritate noctis sine lumine stulte obstraxerint? Quod minime diceadum videtur, si quidem hic

luminis defectus non redandabat in præjudicium sponsi, neque aliquod nuptiarum clamorem inde resuscitabat, sed in solam cedebat virginum blarum confusionem, si forte interpellata nocte sine lumine fuissent inventæ. Atque idem ego illas exclusas esse existimo, non quia læticia non habuerint, sed potius quod nullum secum in lampadibus suis oleum portaverint: *Sed quæ quæ sua acceptis lampadibus non sumptissent oleum secum*. Et idem etiam à quinque virginibus prudentibus non lumen, sed oleum petierunt dicentes: *Date nobis de oleo vestro*. Verum dicit aliquis: Ergone ob solius olei defectum tam probrosam experiri repulsam debent, ut ista dicatur? *Nescio vos*? Sanctus Mattheus qui nos in hujus difficultatis labyrinthum immittit, solum quoque potrigit, cujus ducatu egredi possimus. Porò inter alia salutaria monita, quæ Salvator noster nobis reliquit, unum & quidem salutarissimè utile valde & proficuum fuit hoc: *Tu autem cum i jejuniis, unguis caput tuum*: Matth. 6. Quæ extravagans, & extra propositum pronuntiatum est hoc consilium? Quid enim jejunium cum unctio, & abstinentia cum oleo consistere habet? Pro hujus difficultatis intelligenti observanda est ceremonia quedam, antiquus, precipue verò Palæstinis usitata, ut sanctus Hieronymus aliique Scriptores referunt: Multæ enim que nationes in certis quibusdam lætitiis communis calibus caput suum ungeret solent: *Sicut Libani Palæstini autem festiva ungi, sed etiam Orientales in lætitiis & rebus prosperis ungebantur*, unde oleum lætitiæ symbolum esse deducitur. *Oleum significat hilaritatem*, inquit Petrus Valerianus. Sic David: *Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit Dominus oleo laetitiam*. Et Richardus Buxensis to. 4. dicit: *Oleum in vasis laetitiam in corde*. Atque videtur Salvator nos monere, ut jejuniis temperetis, nihil aliud significare contendit, quam quod si nos non esse desideremus Dei adhibitos conatos Deo gratos esse desideremus, eisdem hilaritati & lætitiæ associare, & jejunium omniaque alia opera hilariter facere debeamus. Unde Paulus de Palatio dicit: *Progecat tuum, id est, lætissimum in corde*. Dionysius Carthusianus: *Festivus & hilaris spiritus*. Et Hieronimus: *Præcepit ergo ut quando jejunamus, latos & festivos non esse monuerimus*. Ecce ergo tibi aperta nunc & pervias semitas, per quas ad primæ difficultatis intelligentiam potius attingere; virgines enim fatuæ à nuptiis excluduntur.



duodentur à Sponfo dicente : *Nescio vos*, non quia de nocte ambulantes carebant lumine, sed ad demonstrandum, quod ad nuptias cœlestes ingredi volens ad fruendum æterna beatitudine, Deo servire debeat oleo inunctus lætitiæ. Unde S. P. mens Augustinus ait : *Per oleum ipsam lætitiæ signifiari arbitor. secundum illud: Vxit tu Deus tuum oleo exultationis.*

10. Et tamen inveniuntur, qui quando opus aliquod bonum ad Dei obsequium sunt factum, melancholiam vultu suo referunt, haud scias ac si mortem, qua ex hac vita mox eripienda essent, ob oculos haberent. Videte, quæso, quanta lætitia omnia loca in tempore dierum borchanallum pervagatur, singuli enim istis diebus dicere videntur : *Coronemus nos rosis antequam marcescant, nullum sit pratum quod non perierit aut luxuria nostra.* Mox verò ut dies circum illuxit, ecce vultum universæ civitatis in melancholiam quandam commutatam, ut meritò dici possit : *Verse est in luctum cithara nostra.* Undenam obiecto hæc tanta melancholia exoritur ? quia nimirum hoc tempore magna opus est patientia, advenit quadragesima, tempus nimirum in quo jejuniandum est, ad eundem conationes, frequentandæ Ecclesiæ, Deoque assidue servandam. Et idè tibi tristandum videtur ? *Mata profectò res hæc est !* Hoc tempore quo mundus de carnis sollicitate inferiisti, ad excessivamque exorbitavit vestra lætitia, ut in inquam quandam degenerare videretur : nunc enim ex quo servandum est Deo, quilibet vultu ex aquis madefacta tristis incedit, omni que gaudio nuncium remittit, id quod eorum signum est, quod magnam in hoc habent duplicentiam, quod ex parte temporis ad talia arguetur virtutis opera, quæ in beneficium animæ Dei que obsequium redundant. Alius ad gratiam quandam obtinendam Beatissimæ Virginis se totum commendat, atque sub voti obligatione quovis Sabbatho in pane & aqua jejuniare promittit : Tandem desideratam impetrat gratiam, factusque jam voti adimplendi reus, omnibus totius septimanæ diebus ridet, jocatur, & gaudet, nec ullam habet quæ illum conturbet molestantur : verò illucescente Sabbatho, cœlum super ipsum tueri videtur, atque idè valde viderat ab heri & nudius tertius mutatus : *Verse est in luctum cithara ejus.* Vexatur alius à febrili quodam languore infirmus, ita ut mens ejus nec locum invenit, nec requiem possit ; & quidem si quævis amicorum suorum ejus animæ con-

*Enclitici Quadragesimalis.*

fulere volens eidem suadeat, ut confessione animi suum expiare non differat, mox cor ejus veluti gladio quodam transfidigi videtur, mutatione vultus passionis ex illa monitione oborientis vehementiam haud obscure indicat, adaugetur febris ardor, loqui desinit, adeo ut si bene advertas, majorem in eo ex gurgelta confessione, quam ex febrili languore visum sis melancholiam atque tristitiam. Hæc igitur cœstitia discipulorum occupaverat corda, ideoque Dominus eos interrogabat, dicens : *Qui sunt hi sermões, quos conferitis ad invicem ambulantes ? et estis tristes ?*

11. Imò verò præter hanc cordis cœstitiam, insuper interesse quoddam suum animo versabant, quod eis deperibat ; unde & dicunt : *Nos autem sperabamus, quia esset redempturus Israel.* Circa quæ verba Beda ait : *Merito tristes incedebant, quia ex se ipsos quodammodo arguebant, quod in illo redemptionem speraverint, quem jam mortuum viderant.* Et similiter Theodoretus in cat. D. Thom. ibid. fol. 137. inquit : *Exspectabant enim Christum salvatorem & redempturum populum Israel ab ingruentibus malis, & à servitute Romanorum, ipsum quoque credebant terrenum Regem fieri : Deo itaque inserviebant oculo in quoddam interesse suum directo, dum se ejus interventu à diro nimis subjectionis jugo, quo Romanis devincti erant, eruentes & liberandos esse summe sperabant. Minime quidem dubitare licet, ô Auditores, quin Deo servientes egregia simus ab ipso mercede remunerandi, siquidem Deus, cui obsequia nostra deferimus, liberalis patitur est & justus ; minime tamen deest, ut nos ei hoc præcipue sine ob oculos posito serviamus, quisquis enim in eo, quod Deo præstat, obsequio hac intentione regitur, Deo velut mercearius non verò tanquam filius servire cœsetur. Ac proinde S. P. N. August. apud Raimundū de Pisis, tom. 1. de charitate, cap. 5. dicebat : *Quod Deo, licet sine premio serviri non possit, tamen sine insitum premii servientium est.**

12. Dæmon quondam pro solitaria & inolitâ tenerritate amicorū Dei contubernio se ingerere nō dubitabat, què proinde Dominus interrogabat, unde veniret, & quid terū moliretur, cui ille respondit, se pro universali quadam visitatione instituenda universam terrā perambulasse, eamq; per omne circumferentia suæ spatium de facto circumvisit : *Circumvisit terrā & perambulavit eā.* Job. 1. Haud dubie igitur subiit mox Deus, inter ceteros mortales, *Job, servū meū & siderasti;* dic lo des :

Beda:

11. Merito tristes incedebant, quia ex se ipsos quodammodo arguebant, quod in illo redemptionem speraverint, quem jam mortuum viderant.

rarasne ejus qualitates attentè considerasti, aut observasti innocentes gressus illius? Credo e- quidem, nihil te in illo, quod reprehensionem aut animadversionem mereatur, adinvicem potuisse; ipsissima namque est simplicitas, & omnem in eo operam & curam suam collocat, ut mea firmiter observet præcepta, et meique honoris incrementum oculis ejus incessanter observatur, ac proinde quod si eundem tentationum tuarum igne explorare cõperis, eum haud dubiè aurum, non verò paleam esse comprobasti: *Nunquid considerasti seruum meum Job, quod non sit ei similis in terra, homo simplex & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo?* Audire, obsecro, quid malignus hic spiritus Deo replicarit. Tu quidem, inquit, hanc ejus innocentiam magni facis, ego verò nullius æstimo; Quis enim Principi tali non cum omni possibili curiositate & sollicitudine inserviat, cui hæc solemnitas est consuetudo, ut obsequia à servis suis præstita grata semper mente revolvens, totus in eo versetur, ut eadem remunerando, potentes illos pariter & opulentos efficiat: id quod tu à eum prodigè effusà munificentià abunde satis comprobasti; Quidam enim ille desiderare poterat, quod eia tua liberalitate affluentè non fuerit communicatum? *Nonne tu vallasti eum, & domum ejus, universamque substantiam per circuitum; Operibus manuum ejus tu benedixisti, & possessio ejus crevit in terra?* An non igitur efficaces satis ad tibi sollicitè inserviendum stimulos habet? *Nunquid Job frustra timet Deum?* Quid si meo quoque consilio aliquis apud te locus esse possit, alium utique solum aures tuis infonantem percepturus esses. Tu quidem omnè illud aurum esse tibi persuades quod splendet, verum à veritate procul aberrans deciperis: *Exsente paulisper in eum manum tuam, eumque in corpore affligas, filios ejus tollendo è medio, eum omnibus fortunæ bonis exue, & in paupertatis stertquilium repone, haud dubiè alium de ipso sermonem institues. Tange cuncta quæ possidet, nisi in faciem benedixeris tibi.* Quibus verbis Dæmon aliud nihil, quàm Jobi apud Deum existimationem diminuerè saltem si abolere non possit, intendebat, atque idè dixit: *Nunquid frustra Job timet Deum?* Vel ut sanctus Pater noster & Ecclesiæ Doctor Augustinus legit sermone 34. de Tempore, sermone 1, fol. 241. *Nunquid gratis.* Quasi veller dicere: Ergone tibi persuades, quod Job, cujus tam celebris apud te est pomus existimatio, gratis & pro nihilo tibi in-

serviat, aut absque illo interesse te diligat? Decipis graviter; nam vere mercedatus servus tuus est. O perfide & pessime spiritus! Ergone licet excogitare inventionem non potuisti, quæ verum aliquem Dei servum, qualis Job erat, Deo in visum & exorsum reddere posses, quam illum redarguas veluti propter privatum aliquod interesse Deo inservire? Imò alio ad idem scopus non est, hoc enim abundè sufficit, ac proinde Dæmon subjuxit: *Tange cuncta quæ possidet, nisi in faciem benedixeris tibi.* Deus igitur tanquam innocentie Jobianæ strenuus advocatus, ut eam nulli interesse innoti toti mundo videri faceret, omnem diabolo potestatem in corpore suo contulit, permittit enim ut Lucifer omnes adversus eum virulentiam suas exerceat, in qua perniciem totus conjurat inferos, ut omnem segetem exurat, disperdat & interficiat armenta, filios occidat, diripiat divitias, & dicitur saltem de qua errat, eum quoque toto corpore veluti continuo ulcere affligat, nihilque in quantum relinquat in univèrsis, corporis sui membris præter onicam & solam linguam quam ad Deum laudandum & in medio adversitatum pelago benedicendum adhibeat dicens: *Dominus dedit, Dominus abstulit: sit nomen Domini laudatum.* Quasi diceret: Quod si Deus divitem me esse prebeat, sit in æternum benedictus; sicut enim certum æternum glorificatus, si jussit me esse pauperem sive liberalem se erga me, sive parum & aram exhibeat, perpetuo eum amore prosequitur sive fortunæ bonis me cumulet, sive in bonis ad inopiam usque me exuat, servit illi constantè sine vicissitudine desiderio: sive per pietatis effectus, sive per tribulationum rigores me vident, in hoc obfirmatus animo permanebo, ut eum perpetuo laudem, & grata semper incate prosequar. Unde S. August. ubi supra columna tertia littera G. *Invenitur Job gratulante Deum, gratia diligere.* Porò quod huic quoque diffusius insinuavi, Poeta quidam servos hujus temporis pauculis hinc verbis redidit:

*Tene colit frustra Jobus, tibi victima ab illo  
Multa cadit frustra: nulli dicit hostia auti  
Non illum cumulus opibus: non prole beatat  
Non tuus hic reddit propera curia favori  
Te mercede colit, non verò dicit amor  
Prospera si fugiant, mox tibi erga dabit.  
Ista quidem falso de tanto milite: curam  
De multa andem dicere juri quærit.*

13. Nabuchodonosor Rex stultitiā quādam  
 peritus statum quamdam sui repræsentativam  
 in præclaro quodam & iubilanti obelisco fabrica-  
 ti, æque ab omnibus totius regni sui primoribus  
 gentis & plebeis reverenter adorari voluit. Mox  
 quæque erecta fuit statua hæc regia, ad exhiben-  
 da cuncta reverentiæ & adorationis obsequia cō-  
 currens ad illam, eamque flexo poplite adora-  
 turus. Atque, Magistratus, Rerum publicarum  
 regni, & quæque primates, & cum his pariter  
 universæ quoque hominum genere nates & fa-  
 milie, senes cum juvenibus, magni & parvi,  
 pauperes & divites, & cum plebeis nobiles, tri-  
 butantiarum elegantissimis adolescentibus exce-  
 pto, *Sistrach, nimirum, Misach & Abdenago,*  
 quo quoque vis etiam adhibito conatu ad huic Co-  
 lissum adorandum iuduci aut primo veri mini-  
 stri porruerunt; Intentatæ sunt nis minæ atro-  
 cissime, sed illudis illas auribus acceperunt: adhi-  
 bita quoque blandimenta, casta profusus apud i-  
 llos habere & imita. Tandem in conspectum Re-  
 gis adducti, & tanquam inobedientes &  
 inobediens graviter accusati *Viri isti contempserunt,  
 illas, dicitur tuum, & statum auream, quam  
 crederis, non adorant.* Nabuchodonosor itaque  
 furor accensus, & atroci vultu ad juvenes con-  
 versus elata in altum dextera illos, aut præcepto  
 ignis pariter, aut in ardentem fornacem pro-  
 pter eos esse iussit: *Prosterne vos & adorare  
 statum quam feci, quod si non adoraveritis, ea-  
 dem hora mittentur in fornacem ignis ardentis.*  
 Quibus factum esse exitum, & Auditores;  
 Quos alios ad hæc minas pusillanimores factos  
 dicitur: Inò intrepidi audacter responde-  
 runt, se talem quotidie Deum adorare, qui po-  
 test eos ab eorum manibus & flammarum in-  
 cendens si ita visum fuerit concessum liberare: *De-  
 um vestrum, quem colimus, potest eripere nos de ca-  
 mero ignis ardentis, & de manibus vestris.* Verum-  
 tantummodo audire insuper quid paulò post subjun-  
 gunt: *Quod si autem Deo nostro ita visum fue-  
 rit, ut in fornacem istius flammarum ardentes  
 condamur & moriamur, ei minime obste-  
 mus, imo qui Dominus vester est, nec tamen  
 ob id ad adorandam flexo poplite statum nos  
 utquam iuduci patiemur. Qued si voluerit, potum  
 si vobis dicitur: *Dei tui non colimus, & statum  
 auream quam crederis non adoramus.* O verè be-  
 nedicti patris! ò veri servi Dei & Domini nostri!  
 Evadentes hinc hoc factio demonstratis, servitia  
 velle quæ DEO aded constantiter exhibetis, nul-  
 la humanæ interesse inani, nimirum ut mortis pe-*

ricula evadere valeatis, siquidem tamen vobis  
 in igne quoque moriendum esset, æquè ad ei  
 inserviendum eumque amandum prompti ar-  
 que expediri remanentis: *Gratis colunt Deum, &  
 gratis diligunt.* Unde Theodoretus pueros is-  
 tos hoc modo loquentes introducit: (Nos pro  
 mercede aliqua Domino non servimus, sed a-  
 more ejus omnibus rebus vultum ipsius præferi-  
 mus.) Et hæc est vera illa servitus, quæ Deo  
 nostro optime complacet, quamque accipere à  
 nobis desiderat.  
 14. Evangelica illa parabola, quam Christus  
 Matthæi vigesimo in medium adducit, myste-  
 riis omnino est recondita. Nam Patrifamilias  
 quidam summo mane aurorâ illucescente e-  
 gressus est, ut vineæ suæ excolendæ operarios  
 conducere; Moxque ut domo sua in plateam  
 egredere opportune aliquos sibi obvios habuit,  
 quos ad excolendam possessionem suam dimisit:  
*Misit eos in vineam suam.* Hora autem tertia de-  
 nuò egressus alios invenit in foro otiosos, eos-  
 que similiter ad eisdem vineæ labores obeundos  
 ablegat, dicens: *Ite & vos in vineam meam.* In-  
 fra horam sextam verò & nonam iterato in vicos  
 se recepit civitatis, & circa alios sibi obvios ope-  
 rarios idem prælat: *Exiit circa sextam & no-  
 nam horam & fecit similiter.* Tandem circa ho-  
 ram undecimam è domo sua egressus alios inve-  
 nit; eosque horrat, quod tamen hora jam sit  
 tardior, quam ut in ea multum laboris præstati  
 possit, nihilominus se orientur, & tempus in-  
 utiliter perdant: *Ite & vos in vineam meam.*  
 Transacto autem die, relicto labore omnes ag-  
 ricolæ è vinea discedentes in domum se Patrif-  
 familias recipiunt, ut quilibet pro ratione præ-  
 stiti in cultura vineæ laboris singuli singulas suas  
 mercedes recipiant. Comparant igitur primi,  
 qui tota die laborant, secundi item qui hora  
 diei tertia ad vineam accesserant, alii quoque  
 qui hora sexta & nonâ in vineam prædictam ab-  
 legati fuerant, denique qui suum in vineam la-  
 borem horâ undecimâ pridem exorsierant, cum  
 ceteris quoque comparant; quorum singuli li-  
 cet labor eorum quoad tempus quo durat lon-  
 gè dispar esset, eandem tamè receperunt merce-  
 dem, nec primis plus ultimis solutum fuit, sed o-  
 mnes ac: *eperunt singulos denarios.* Verù, inquit,  
 quamnam est hæc justitia, quod idem profusus sti-  
 pendium erogetur tam inter illos, qui modico  
 tempore, quam qui diuturno laborant? tam iis  
 qui primâ horâ accesserant, & portaverunt pon-  
 dus diei & æstus, quam aliis qui undecimâ pridem

Theodore-  
134.

Matth. 20

Matth. 20  
v. 13  
v. 16

dem horâ laborate cœperunt, & tantum unâ horâ fecerunt? Haud immeritò primi contra hanc iniquitatem lamentati sunt: *Murmurabant adversus Patremfamilias dicentes: Hi novissimi unâ horâ fecerunt, & pares illis nobis fecisti, qui portarimus pondus diei: & istius: quis enim non iudicet majori remuneratione dignum esse eum, qui majoribus & diuturnioribus sese confecit laboribus?* Sanctus Gregorius Nazianzenus acutè observat differentem valde serviendi modum ultimorum à primis. Primi namque secundi & tertii labores aggressi sunt cum pactâ mercedis securitate: Primi namque ad labores se receperunt: *Conventione factâ de denario diurno.* Secundis autem Patrefamilias dixit: *Quod iustum fuerit dabo vobis. Et tertiis: Fecit similiter.* Cum ultimis verò de præmio nihil locutus est, neque ullam iis mercedem promisit, sed tantum dixit: *Ite & vos in vineam meam.* Unde perspicuè colligitur primos, secundos & tertios cum expresso interesse pactâ mercedis interfuisse: ultimos verò sua præstitisse servitia absque ullo respectu ad interesse proprium: & idèò quoque mirum non est, quod una hora servitutis & obsequii sine ullo interesse Partifamilias præstiti, D E O æquè accepta sit, & cum eadem profus quantitate mercedis remuneretur, ac si fuisset servitus unius integre diei, quæque arduo & diuturno labore constitisset: *Hi non prius crediderunt, nec ingressi sunt quàm ipsi: ex conventu merces constituta fuisse: Hi nullâ conditione mercede ad laborem accesserunt.*

*Gregorius Nazianz. orat. in sanctum Baptisma.*

15. De insigni quodam Dei servo, qui cæcus erat, cuique Pigmeneus nomen erat, scribitur, quod cum is cæcitatibus corporalis imperfectionem ex Dei amore magna que cum patientia sustineret, visitatus aliquando fuerit à Juliano Apostata, qui eum deridere, simulque in aliquem adversus verum Deum iracundiæ actum intelligere volens eum prius salutatum hunc in modum allocutus fuisse fertur: *Gratias ago Pigmenei, quod mihi liceat te videre.* Quasi exprobrando ei dicere voluisset: Gaudeo Pigmenei tunc tibi cuidam Deo obsequia exhibere, qui cum tibi debitam pro meritis retributionis mercedem rependere meritò deberet, oculorum tibi lumen præmii loco abstulit: Perge igitur laborare ei inserviando, & fructus fructibus quos inde percipis, & præmio tibi concessio. Veruntamen Pigmeneus Juliano temere eum alloquenti, prudentissimè respondit, dicens: *Et ego Deo gratias ago, quod te non videam, q. d. Et ego qui Deo & Domino*

*Anton. Sabellicus apud Thomam de Trusfil. tom. 2. ser. 6. post Dom. 1. Quadr. 1070. 4.*

meo absque ullo mercedis interesse inservire debeo, sive oculorum meorum lumen mihi extirpet, sive idem mihi restituat, nihil facio, nisi si poterit audire & linguæ seu loquendi facultate privet, eum tamen semper & amare, summaque cum dilgentia ei inservire volo & desileto.

16. De duobus quoque religiosis quorum unus provectioris ætatis, alter vero juvenis, ambo verò Dei servitio consecrati & dedicati erant, scribitur: Quod dæmon, qui ut bonos in æternam damnationis præcipit impellat, eosdem in seclatam nunquam cessat, seniores religiose die quodam in cœlestis Angeli specie apparuit, hisque eum verbis fuerit affatus: *Mitt me D E O ad te, ut tibi cum non modicâ me dispendentia revelem, juniorem Sodalem tuum in certo damnationis statu consistere, eamque quàm Dæmon habet, servitutem ad æternam consecrationem nihil ei conducere posse, quia certò damnabitur: hisque dictis ab oculis ejus confestim disparuerit: senior autem magnam inde in animo suo persequerit perturbationem, ad eum ut vix aliquando admittere consolationem posset: imò quodcumque Religiosus junior collega ejus cum transibat, eum videns amatissimè severit, quod junior videns summe est admiratus, & causam tantis sibi ab eo manifestati poposuit, ac tandem ab eo post multas preces & sollicitationes quicquid revelatum fuerat didicit. Quid in hoc casu, o Auditores, juvenem hunc fecisse existimatis? Num fortè eum à bene cœptis desistisse, aut in reprobum sensum datum eum esse, aut suam infelicitatem inconsolabiliter deplorasse & adversus Deum lamentatum fuisse credidit? Minime gentium. Audite eum prudens & sanctum ab eo seniori Sodali suo datum responsum: *Ne quicquam te, ait, res ista conturbet, quod dominum damnandus sum, damnabor, aut si salvandus ero, salvabor utique. Fiat in quovis casu sanctissima Dei voluntas, cujus dispositioni per omnia perfectissimè acquiesco. Neque enim D E O meo servio sive ex timore ut condempner in infernum, sive ob interesse meum, ut scilicet ingredere valeam cœlestem patibulum, sed potius quia dignus est. cui omnia servitia & obsequia mea detestam & consecram, & quia ad ei perpetuo inserviendum summe assidue. O juvenem quidem quod ad ætatem spectat, verè tamen si animi prudentiam spectemus, venerabiliter senem. Noli resistere, qui Sodali suo seniori) si enim debet damnari, damnabor, si salvari, salvabor: si non**

placuit, ita factum est: Non enim servio Deo propter Regnum caelorum, sed propter suam charitatem & bonitatem, quam habet ad me. & propter suam pietatem, quam sustinuit pro me: Si vult mihi dare Regnum caelorum, potest si infernum, iterum possit.

17 Hoc quoque spectat quod de sancto Ivoque Britone scribitur. Is namque cum Ptolemaeae in qualitate legati sancti Ludovici Noni Regis Franciae degeret, obviam dicitur habuisse Numinam quandam, quae instar fuit eujusdam infernalis per plateas oberans, in dextera accensum & asidentem quandam facem, in sinistra vero vas aqua plenum portabat, & continuo inter lacrimas & lachrymas exclamabat dicens: O Deus! Deus! Hinc possibile? Hinc possibile? Neque quiescere, aut alicubi subsistere: unde interrogans Ivo eam ad se accersitam interrogavit, quareo adversitas eam tanto opere affligeret, & quomodo in suam ignem & aquam utraque manu circumferret: quae inter suspicia verba professione hanc in modum respondit. Quod si a Divina Majestate mihi permitteretur hujus facis incendio Paradisum succedere, eumque penitus comburere, essem parata, ut ne minima ejus superederet reliquia; hanc autem aquam optarem, ut si possibile esset, totum inferni ignem mihi liceret extinguere, ut hac ratione omnem hominum occasionem e medio tollerem, Deum a mundi aut illi intervenendi, sive ex poenarum timore, sive ex praemii desiderio: Cuprem celestem in Paradisum hoc igne incendere. hac vero aqua restinguere flammam inferorum: Non enim dico ullam mortalium aut propter caeli altissimi gratia Deo servire, neque fugere scelus ob superstitium formidinem, sed amore potius avasibilissimi Numinis. O quam ad hoc propositum prodegeret loquitur Magnus ille Ecclesiae Doctor S. Ambrosius in caput 9. Lucae apud Vellum, tomo 2. cap. 3. adnot. 2. num. 2. dum ait: *Deum sequitur, non praemio ducitur ad perfectiorem, sed perfectione consummatur ad praemium. Imitatores enim Christi non propter spem boni sunt, sed pro amore virtutum, Christus enim per naturam bonus, non propter praemii cupiditatem: Ita passus est, quia benefacere eum desideravit, non quia incrementum gloriae ex sua passione quaerebat. Verum enim vero omnino contentum hodie sit ab hominibus: Cur enim jejuna in Sabbato? ut a Virgine Beatissima in adversis occurrentibus experiantur auxilia, vel im-*

minentia evadant pericula (Non dico hoc malum esse, longè tamen melius mihi viderentur facturi, si talia absque similibus interesse, aut speratis commodis praestarent.) Cur tot curas fieri Missas: Respondebit forte aliqua mulier, ut Deus marito meo restituat sanitatem; aut Mercator diceret, ut felices progressus omnia mea habeant commercia: Insuper cur saecularis iste status aggredietur Ecclesiasticum? Si verum dicere volunt, respondendum illis est, vacabit proxime tale vel tale beneficium, quod se sperat esse assecuturum: Aut respondebit Paterfamilias, filiam meam ex saeculari vita Monasterio dedicatam esse volo, sic enim multis parcam sumptibus, alias in eam maistrandam collocandis: Nequaquam autem ita faciendum est, sed potius sola Dei gloria ob oculos ponenda est in operibus nostris, & excludendum quidvis aliud; servit debemus Deo, quia ipse id ipsum infinitas metetur, nosque ad id ipsum praestandum infirmitas obligat, atque hac ratione quivis alius finis vel interesse privatum ab animis nostris evellendum est: Id quod etiam ex Concilio Colonensi de Vita Monastica capite quarto deducitur, ubi habemus: *Qui Monasterium ingreditur alio affectu, quam simplici amore DEI ductus, veluti vel spem vel promissionem Abbatiam consequendi habens, vel in otio vivere affectus, vel lucris temporalibus inhians, vel honores ab hominibus appetens; quisquis talis est, non DEI Filius aut Monachus, sed plane mercenarius est.* De Alexandro Magno legitur, quod aestimaturus prae ex duobus Cratere scilicet & Ephesione ipsum vehementius amaret, dixerit: *Craterus amat Regem, Ephesion Alexandrum.* (Caelius Rodiginus libro vigesimo tertio lectionum antiquarum capite quarto.) Sententia haec tanto Merce verè dignissima est, per hanc namque dicere voluit: Craterus mihi servit, meque diligit, ob interesse suum ut videlicet tanquam Rex ipsum remunerem: At verò Ephesion amat Alexandrum, quia tamen homo privatus essem, nec haberem unde praemia largiri possem, nihilominus libens, volensque mihi servit, meque diligeret. O quot hodie sunt Crateri in mundo, quam pauci Ephesiones! Quot sunt qui tandem cum discipulis Domini dicunt: *Nos autem sperabamus, quia esset redempturus Israel.*

Handwritten notes in the right margin, including the word "dicat" and the number "26".

PARS SECUNDA.

18. **S**ed & Mulieres quaedam ex nostris terruerunt nos, quae ante lucem fuerunt ad monumentum. Tremunt, timeant, terrentur: Terruerunt nos. Sed quid formidant: Audite Dionysium Carthosianum dicentem: Discipuli verbis multorum istarum auditis, terrebantur, quia forsitan metuebant, quod Iudaei increduli imponerent eis, quod corpus sui abstulissent: Magistri, & propterea eos persequerentur. Magister sententiarum quatuor assignat genera timoris, oimittum humanum vel mundanum, servilem, initialem & filialem, sive ut alii terminis hunc exprimunt castum & amicabilem. Timor humanus est, ut docet Cassiodorus apud Magistrum sententiarum libro tertio, disputatione trigesima quarta: *Quando timemus pati pericula carnis, vel perdere bona mundi, propter quod delinquimus.* Et hic timor inanimé tanquam bonus approbatur, *Hic timor malus est,* inquit Magister: *Talis fuit timor Petri, quando in atrio ab ancilla interrogatus, Dominum suum negavit:* Unde Gregorius Papa apud Ph. Diez in loc. comm. V. Timor, dicit: *Quia mori timuit, vitam negavit.* Sic quoque Pilatus Caesaris amicitiam perdere timens, mortis condemnavit vitam aethorem. Neque Discipuli hoc loco alio correpti fuisse timore videntur, quam hoc, iuxta doctrinam jam ex Cathusiano relatum. Secundus qui est servilis ex timore poenae ob peccatum commissum nobis debetur in nobis nascitur: *Et quidquid boni facit, non facit timore amittendi aeternum bonum, quod non amat, sed timore patendi malum, quod formidat:* Hic autem timor bonus est & utilis, unde Concilium Tridentinum sessione sexta can. 8. ait: *Si quis dixerit gehennam metum, per quem ad miseriam ordiam Dei de peccatis dolendo confugimus, vel à peccatis abstinemus, peccatum esse, aut peccatores facere, anathema sit:* Hic autem timor quia charitate non est informatus insufficientis est, & imperfectus. Tertius qui est filialis vel castus & amicabilem, consistit in displicentia vel detestatione culpae, in quantum solum est offensa Deo irrogata, sique ab amore nascitur, quo eum prosequimur, ideoque perfectus est, & quo proinde David cecinit dicens, *Timor Domini sanctus permanet in saeculum saeculi.* Hunc quoque timorem Beati in patria conservant, qui proinde à sanctis Theologis reverentialis dicitur. Porro sanctus Paulus, tametsi in gratia confirmatus

esset, molestias tamen à Sathana sibi illatas non timet, atque ideo pro eandem libertate ad divinum confugit auxilium: *Datus est stimulus carnis meae Angelus Satan, qui meo lapphize:* Unde catena quadam fetra carnis suam membra macerabat: *Castigo corpus meum, ne cum aliis praedica verum, ipse reprobus efficiam.* Hic autem timor Pauli castus, amicabilem & filialis, ac consequenter perfectus erat: *Hic erat quidam filialis & castus amor, sine aliqua timore servilis commixtione, quem perfectissimi habere solent.* Quatum genus timoris initiale dicitur, atque ex filiali & servili componitur, & in his praecipue recipitur, qui iusti esse incipiunt, & duas praecipue ob causas peccate formidant, timor ob amorem quem gerunt erga Deum, & ob formidinem qua ad poenas inferni dimittunt horrent. Similis autem timor filialis per potestatem, si secunda causa cessare prima solum reliqua manserit: Et ratio est, quia perfecta charitas formidinem nostram circa duos tantum timores servilem scilicet & filialem occupatam esse volumus. Et quidem ex his Deo per secundam, non verò per primam servit debemus: id est, *Per amorem, & non formidinem poenae.* Unde sanctus Gregorius libro 21. moralium capite 8. subiungit: *Quisquis superna patria civis est, si non iam timore supplicis, sed amore charitatis immunditiam deserit, bonumque operatur.* Genesios decimo septimo Deus Abraham dixit: *Ambula coram me, & esto perfectus:* Quid autem Abraham facendum, ut haec Dei voluntatem exequi possit? Quam ratione ipsi coram Deo ambulandum erit? Quoniam est illa, quam tantopere in Servo suo desiderat virtutis perfectio. Explicat ad ipsam Interlinearis, dum ait: *Secundam benedictionem meam incede, ut non timore, sed amore servias.*

19. Dei Filius maris tempestate sedata cum discipulis suis in navigio in Gerasenorum Regionem excedit, ibidemque in via quadam hominem à spiritu maligno obsessum miserique vexatum obvium habuit, qui tanto periculis verius robore, ut quantumvis validis carceris ferreis victus esset, easdem hanc secus ac si ex terra facta fuissent, dirumperet, nec erat ulla horrendo, quae adversus eum ulla posset ratione praestiterit, horrendos bestiae instar debebat ululatus, & nunc in lotum, nunc in petras praecipites ageretur: mox verò ut Dei Filium videre cupit, peritinus ad eum accurrit & proximus factus, ad

Dionys. Carth. ib. art. 50.

Magister sent. ubi supra.

Psal. 13.

ejus pedes prostratus submisit eum adoravit, elataque voce quam singuli ex circumstantibus audire facile poterant, tanquam verum Dei filium publice celebravit dicens: *Quid mihi & tibi? Iesu fili Dei altissimi.* Dominus autem ejus genuflexiones, adorationes, sanque tanquam Filii Dei acclamationes atque præconia omnino est averfus, neque aliud quod eum reverentiæ obsequium sibi ab eodem exhiberi est passus, sed verus eum asperis contempsit, atque ut ab illo corpore protinus recederet serio præcepit dicens: *Ei spiritus immunde ab homine.* Verum enim vero (O mi Redemptor dulcissime) probe novi quod cum illos qui vel verbis, vel factis aliquam nobis inferunt contumeliam vel injuriam, non tantum non foretis averfus, verum etiam amabiliter, summaque cum benignitate & amore eosdem receperis, cur igitur Dæmonem istum, qui tanta cum submissione ad pedes se tuos prostravit, tam indignis verbis recipis, ejusque de te proacantatum testimonium averfus, immundum eum appellando, atque ab habitatione sua violenter extirpando? Nunquid in majorem tuam rebus dicitur gloriam, si audires ex infestissimis inimicis tuis nonneminem te veluti verum Dei vivi Filium præconizantem, eundemque videres contumaciter dejectum atque prostratum? Eum vero priusquam huic difficultati responderemus, alium quendam scripturæ passum accuratè quoque ponderemus. Scimus etenim quod cum verbum incarnatum in partes Cæsarea, quæ à Philippo nomen habet, pervenisset, discipulos suos interrogavit, an scirent quænam esset hominum ceterorum de ejus persona vulgata opinio: *Quem dicunt homines esse filium hominis?* Qui ei respondunt dicebant, *Magister bone.* Vati quoad hoc variè pro modo & capto suo sentiant atque loquuntur: sunt enim qui te Joannem Baptistam esse credunt, alii verò Eliam te esse existimant, alii Jeremiam, alii denique te velut Prophetam quendam venerantur. *Vos autem (subjicit mox Salvator) quem me esse existimatis?* Quæ verba sanctus Petrus inaudieps, alios loquendo prævenit, & libere constanterque respondit: *Tu es Christus Filius Dei vivi.* Quæ Petri responsio Dominæ ac Salvatori nostro adeò mirè complacuit, ut visus fuerit fatiari non posse deinceps sanctum Petrum ingentibus concordiis celebrando, eademque super quovis alios mirè extollendo; Dicebat enim: *Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in celis est: Et ego*

*dico tibi, quia tu es Petrus, & super hæc Petram aedificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non prævalent adversus eam, & tibi dabo claves regni cælorum.* Nunquid amplius quid in hanc rem dici poterat? Eum namque veluti beatum deprædicat, dignum nimirum cui Pater æternus altissima revelet Divinitatis suæ arcana, ipsum quoque constituit ædificiæ Ecclesiasticæ fundamentalem petram, eamque adeò firmam & stabilem, ut ne quidem totus in unum conspirans Infernus ad eam loco movendam sufficeret: Claves denique Regni cælestis eidem contulit, eumque omnium thesaurorum cælestium Dominum & dispensatorem esse voluit. Agedam igitur utrumque hunc scripturæ locum nunc paulisper ad invicem conferamus, sic enim facili negotio videbimus, quantum sibi in principio similes sint, dissimiles verò in fine: Petrus etenim Christum verum Dei Filium esse confiteretur: *Tu es Christus Filius Dei vivi.* Idem quoque & Dæmon confessus fuisse noscitur, dum ait: *Iesu Fili Dei altissimi.* Et tamen Petri confessio adeò est Deo accepta, Dæmonis verò ingratiissima; unde obsecro disparitas illa nascitur? Petrum beatum deprædicat, Dæmonem verò immundum spiritum esse pronuntiat? Nolite id mirari, inquit sanctus Augustinus; Spiritus enim timore commovebatur, dum confessionem illam ederet, ac proinde Chirilto quoque dixit: *Adjuro te per Deum ne me torquas:* Discipulus autem agebatur amore: *O Domine hoc tibi dixerunt Dæmones, quare illi non sunt beati? Quare? quia Dæmones hoc dixerunt timore, Petrus amore.* (August. hom. 17. in Quinquag.)

2o. Sanctus Paulus ad Ephesios scribens eodem hortabatur, ut tanquam filii lucis ambularent: *Et filii lucis ambulate.* Quidnam autem per illum loquendi modum urgere & inferre voluerit, non est cujusvis intellectui facile pervium. In primis autem dici potest, quod opera quæ de die, splendescente luce, fiunt, à quolibet videri possint, & consequenter virtuosa sunt & laudabilia: quæ verò in nocturnarum tenebrarum obscuritate de nocte fiunt, videri non merentur, utpote opera defectuosa & metico contemnenda: *Opera enim lucis* (inquit sanctus Ambrosius) *palam sine timore fiunt, tenebrarum autem opera in occulto, quia illicita sunt, omne enim peccatum palam fieri timet;* Unde Apostolus apertius illos monere voluisse videtur, ut operarentur bene, atque in laudæ dignis operibus sese exercerent. Vel etiam dici potest quod cum Deus sic pater lucis,

Mar. 5.

Ephes. 5.

Ambr. 1b. fol. 265.

*Handwritten notes in the right margin:*  
 Petrus  
 dicitur  
 26

Lucis, dæmon verò e contra princeps sit tenebrarum, Apostolus Ephesios monere voluerit, ut vitam agerent filiorum Dei, non verò eorum qui sequaces sunt & imitatores diaboli. Verumenimverò ò sanctissime Gentium Doctor, ignosces (spero) si libetius locutus fueris: videtur etenim mihi quod ad Ephesios supradicta verba in hoc sensu exposita scribens nimiam tibi vendices licentiam, dum eos ut se Dei filios æstimet & æsentiant, commonefacis: *Vi filii lucis ambulatores*. Maximi namque sancti hunc sibi filii Dei titulum vendicare non præsumperunt, sed solius servi Dei titulo contenti acquieverunt. Sic enim David expressè dicit: *Ego servus tuus, & filius ancilla tua*. Sanctus Petrus quoque ait: *Simon Petrus servus & Apostolus Iesu Christi*. Suisque amicis scribens dicebat: *Servi subditi estote*. Sanctus Jacobus etiam dicit: *Domini nostri Iesu Christi servus*. Jacob. 1. Imò nunquid tu ipse ò Sancte Paule Apostole tibi & Timotheo tuo servi nomen vendicasti, dum ais: *Paulus & Timotheus servi Iesu Christi*; Philip. 1. quæ igitur ratione vis ut Ephesii, se Dei filios esse existiment, exhortans illos hisce verbis: *Vi filii lucis ambulatores*? Enimverò S. Apostolus præcitatæ verbis clarius hunc Ephesius sensum inculcare volebat: *Memento, ò Ephesii, ut Deo tanquam filii, non verò tanquam servi inserviatis, id est, in timore filiali, non verò servili, filii Patri suo semper obediunt, semper illum amant & amando offendere timent, sive illis Pater ablandiatur, sive eosdem percutiat, idem quoque vos facere studeat ò Ephesii. Et hoc eodem sensu intelligenda quoque est servitus illa, qua sancti supradicti Deo obsequabantur. Optimè ad hoc propositum quadrat illa S. Dorothæi doctrina dicentis:*

*Psal. 115. ancilla tua. Sanctus Petrus quoque ait: Simon*

*2. Petr. 2. Petrus servus & Apostolus Iesu Christi Suisque*

*1. Petr. 2. amicis scribens dicebat: Servi subditi estote.*

Sanctus Jacobus etiam dicit: *Domini nostri Iesu Christi servus*. Jacob. 1. Imò nunquid tu ipse ò Sancte Paule Apostole tibi & Timotheo tuo servi nomen vendicasti, dum ais: *Paulus & Timotheus servi Iesu Christi*; Philip. 1. quæ igitur ratione vis ut Ephesii, se Dei filios esse existiment, exhortans illos hisce verbis: *Vi filii lucis ambulatores*? Enimverò S. Apostolus præcitatæ verbis clarius hunc Ephesius sensum inculcare volebat: *Memento, ò Ephesii, ut Deo tanquam filii, non verò tanquam servi inserviatis, id est, in timore filiali, non verò servili, filii Patri suo semper obediunt, semper illum amant & amando offendere timent, sive illis Pater ablandiatur, sive eosdem percutiat, idem quoque vos facere studeat ò Ephesii. Et hoc eodem sensu intelligenda quoque est servitus illa, qua sancti supradicti Deo obsequabantur. Optimè ad hoc propositum quadrat illa S. Dorothæi doctrina dicentis:*

*S. Doroth. Et timore gehenna benefacimus in servili statu sumus: si ut mercedem recipiamus, mercenarii: si bonum ipsius gratia facimus ad filiorum statum transitum. Qui Deo timore adactus inservit, servit Regi, qui verò ex amore id facit, Alexandro inservit. Nostisne quare brem multi Deo inserviant? quia ejus supplicia & pœnas formidant. Scitisne eum se continent, ne illum offendant? quia Infernum esse firmiter credunt; nisi enim id sibi aded fortiter persuasum haberent,*

tanta utique futura esset sine numero malefactorum, qui facerent male, quanta aliorum qui benefacere omitterent.

2. S. Bernardinus Senensis filialem timorem triplicis generis esse tradit, eumque trifariam subdividit, ut sit alius *separativus*, alius *effrenatus*, alius denique *reverentialis*. Etiam tu ò Christiane peccatum aliquod mortale te à Deo separare probe nosti, & tamen illud committere cogitabas, unde clare fatis te hujus timoris expertem esse subindicas, qui proinde parum curis sive cum Deo unitus sis, sive ab eodem sis separatus. Præterea si in te reperiretur timor ostentativus, abstineres utique non solum à culpis gravissimis, verumetiam à levioribus; nunc autem cum cujuscunque tandem generis peccata sine numero committas; fatis superque te ab hoc timore inanem esse declaras. Tertium autem timoris filialis genus, vocatur Timor reverentialis. Visne evidenter ostendam tibi nec hunc in te posse reperiri? Nunquid Deum in quovis loco præsentem esse, reque videre, & operantibus tuis observare nosti? Et tamen aded estimeris atque præsumptuosus, ut in ejus præsentia quovis etiam scelus licite patari posse existimes? Igitur est filialis ille respectus, ubi est, quam illi debes, filialis reverentia, quam quævis creatura, & multo magis qui liber Christianus erga ipsum proficere & exhibere obligatur! Tu blasphemus & nosti quod Deus te audiat, nec tamen ipsum vereris? Tu millena exagitas illicita committas, nec aded es stolidus, ut Deum te videre ignoreas, nec tamen id ipsum quidquam æstimas? Non curas imponentia tibi divina supplicia, non pœnas Inferni, nec jacturam quodquam æstimas paradisi. Nullus igitur generis timor illum in te locum capit. Tu Dæmoni non vero Deo deservis, igitur Dæmonis quoque non vero Dei eris; Quod si Dei te esse cupias, eidem quoque Deo alacriter, sine ullo interelle, & ex amore vero & non ficto deservire satage.

\*\*\*